

JOANNIS VINCENTII  
HONDEDEI,  
NOBILIS EUGVBINI, JC<sup>TI</sup> EXCELLENTISSIMI,  
CONSULTORIS ET ADVOCATI PERUSINI  
PRÆSTANTISSIMI,

DECISIVARUM  
CONCLUSIONUM,  
SIVE  
CONSULTATIONUM  
JURIDICARUM  
VOLUMEN ALTERUM  
IN SEX PARTES

Continuato tamen numero Consultationum  
DIVISUM

agens

- |                       |  |
|-----------------------|--|
| I. De Statutis.       | IV. De Testam. & Ultimis Voluntatibus. |
| II. De Judiciis.      | V. De Variis Rebus.                    |
| III. De Contractibus. | VI. De Rebus Criminalibus.             |

CUM ARGUMENTIS SINGULARUM CONSULTATIONUM,  
SUMMARIIS, NEC NON INDICE RERUM ATQUE  
VERBORUM LOCUPLETISSIMO.

OPUS DIU MULTUMQVE DESIDERATUM,

Summo Studio Diligentiaque  
RECUSUM.



NORIMBERGÆ,  
SUMPTIBUS ET TYPIS MICHAELIS ET JOANNIS FRIDERICI ENDTERORUM.  
ANNO M DC LXXXI.

# ARGUMENTA SINGULARUM CONSULTATIONUM

INDICANTIA PRINCIPALES QUÆSTIONES, QUÆ IN QUALIBET  
CONSULTATIONE TRACTANTUR.

## Argumenta Consiliorum sexdecies ad diverse Statuta pertinentia.

### Consilium I.

Ecretum Serenissimi Dux Urbini, & statuta Mont-  
dulphi & Senogallie, excludentia filias ab hereditate  
matris & alicentium ex ea, propter filios ma-  
sculos, numquid eas excludant propter fratrem uterinum.  
Quando frater uterinus non excludit sororem uterinam, si  
superest uterina non exclusa, soror utrinque conjuncta, ex-  
clusa a fratre utrinque conjuncto, & ipse frater, cui acquiratur  
portio sororis utrinque conjunctæ, an s. fratri exclu-  
denti vel augent hereditatem, ita ut etiam soror uterina in  
ea succedat cum masculo.

### Consilium II.

Statutum Bononiense lib. 4. in rub. de successione alicen-  
tientium & collateralium late declaratur. Et per totum con-  
suum discutitur, numquid quando superest persona, à statu-  
to non exclusa, quæ excludit personam, à statuto vocatam,  
admittitur alia quæ à statuto excludebatur, vel in cœcursum  
cum ea, si est in pari gradu, aut sola, si est in proximiori.

### Consilium III.

Statutum Perusinum, concedens viro lucrum tertiae par-  
ties dotis mulieris prædefunctæ, si cum ea cohabitaverit, non  
habet locum, si vir cum uxore consumavit matrimonium,  
& stetit aliquibus diebus ac noctibus in domo loceri. Et late  
discutitur de intelligentia similitudin statutorum, & quibus in  
casibus illa procedant.

### Consilium IV.

Agitur de materia praecedentis consilii, & differuntur  
multa pertinentia ad statuta, quæ vires concedunt lucrum  
dous ob mortem uxorum.

### Consilium V.

Statutum Urbis, quo disponitur contractum mulieris seu  
minoris non valere sine consensu duorum proximiorum  
consanguineorum, quomodo intelligatur, & an valeat con-  
tractus spuri cum consensu consanguineorum patris.

### Consilium VI.

Statutum seu decretum Mediolani prohibens alienationem  
bonorum in aca fundium, an comprehendant legatum  
fædum uxori à viro origine Mediolanensi, alibi domicili-  
iūt retinente. Lateq; discutitur de intellectu dicti decreti.

### Consilium VII.

Statutum Cortonæ vocans ad successionem agnatos, &  
excludens cognatos, non habet locum, si superest femina ag-  
nata. Et in quib. casib. masculinum concipiat femininum.

### Consilium VIII.

In eadem causa praecedentis consilii iterum queritur, an  
statutum Cortonæ, vocans ad successionem agnatos, ex-  
cludens cognatos, habeat locum in agnata femina. Lateq;  
declaratur quando masculinum concipiat femininum. Et mul-  
ta alia differuntur ad materiam pertinentia.

### Consilium IX.

Femina simpliciter à successione exclusa propter mas-  
culos per statutum Eugubii non reintegratur ad successionem,  
deficientibus masculis, quamvis posteriori generali decreto  
Serenissimi Dux Urbini feminæ temporaliiter excludan-  
tur. Et principaleiter discutitur, quando statutum seu decre-  
tum potius corrigit antiquius.

### Consilium X.

Statutum prohibens alienationem bonorum, irrequisito  
vicino vel consoerte, & ipsum ad retractum admittens, to-  
cum habet etiam in alienatione facta à forensi bonorum in  
territorio statuentium, irrequisito forense, bona communis  
sunt eadem jurisdictione statuentium possidente.

### Consilium XI.

Statutum Cassianum, excludens feminas dotatas à pa-  
tre, matre, vel patrino, ab hereditate dotantis, an ex-  
cludat eam cui pater reliquit dotem in testamento, & an ef-  
fectum moniale, pro qua fuit solita dos, seu eleemosyna  
monasterio. Diciturq; quomodo qualitas dotationis debet  
verificari. Et quando dos simpliciter data, presumatur data  
animo compensandi cum eo, quod debetur dotare.

### Consilium XII.

Statutum Cortonæ de successionibus ab intestato, admittens  
ad successionem pro tertiâ parte matrem, vel aviam, &  
pro aliis duabus partibus ex tribus agnatis, non obstante,  
quod extaret amita, non excludit amitam per agnatos re-  
muniens, si mater vel avia non superest. Et per totum consilium  
trahitur, quando ex exclusione personæ proximioris  
excludatur alia remota.

### Consilium XIII.

Statuta Chiavani prohibentia alienationem bonorum  
in forenses, late declarantur, discutiturque de intelligentia  
similium statutorum. Et an illa comprehendant alienatio-  
nes factam à forense, & per ultimam voluntatem, seu per  
successionem ab intestato, & de aliis ad materiam perti-  
nentibus.

### Consilium XIV.

Femina exclusa per statutum Perusinum à successione,  
donec extant masculi, in quibus casibus & ad quæ sit reintegrandæ,  
si pater decessit testatus, instituta in re certa, seu  
præter ritafilia. Descendentes feminarum exclusarum, quæ  
decesserunt ante finitam lineam masculinam, non posseint  
reintegrari ex propria persona, neq; ex jure in eo trans-  
missio per matrem vigore antiqui flatuti Perufini adiutentis  
feminas exclusas ad reintegrationem, nulla de descend-  
entibus facta mentione. Lex nova quando trahatur ad  
alios habentes originem à præterito.

### Consilium XV.

Statutum terræ Trebii excludens mulierem dotatam  
dimicido remanenter masculus de progenie avi, patris, ma-  
tris, fratris, sororis, patrui, vel avunculi, quomodo intel-  
ligatur. Et an excludat filios lororis proprios fratres pa-  
truelos. Discutiturque late quomodo accipiatur progenies.  
Et an exclusio fiat etiæ per descendentes illius, de cojus  
hereditate non agitur. Et quando exclusa matre excludan-  
tur filii, & statutum excludens unam personam, trahatur  
ad aliam. Et quomodo in statutis evitetur, vel toleretur  
superfluitas.

### Consilium XVI.

Statutum Elsi disponens quod mortua uxore sine filiis,  
dos remaneat penes virum nomine filiorum, numquid il-  
lam concedat filiis etiam contra voluntatem matris, & ma-  
tri autorat potestatem de doce testandi, vel aliter dispo-  
nendi, & de simili statutorum intelligentia, & quidquid  
do utitur verbo, habent, lucentur, pertincent, vel suc-  
cedant.

# JOANNIS VINCENTII HONDEDEI, NOBILIS EVGVBINI, I. C. PRÆSTANTISS. ET IN CIVITATE PERVSIÆ ADVOCATI, ET CONSULTORIS INTEGERRIMI,

## Confiliorum Volumen Secundum.

In Nomine Omnipotentiis D E I,  
A M E N.

Incipiunt Confilia X VI. ad diversa Statuta pertinencia, cetera vero infra suis locis con-  
gruenter ponuntur.

### ARGUMENTUM.

Decretum Serenissimi Ducis Urbini, & Statutum Mondulphi, & Senogallie, excludentia filias ab hereditate matris, & descendientium ex ea proprie filios masculos, numquid eas excludant propter fratrem uterinum.

Quando frater uterinus non excludit sororem uterinam, si superest uterina non exulta, soror utrimq; conjuncta exulta à fratre utrimq; conjuncto, & ipse frater, cui acquiratur portio soro-  
ris utrimq; conjuncte, an icilicet fratri excluden-  
ti vel augat hereditatem, ita ut etiam soror ute-  
rina in ea succedat cum masculo.

### S U M M A R I U M.

1. Hereditas matru aquilates pertinet ad filios masculos & feminas.
2. Decretum serenissimi Ducis Urbini, & statutum Mondulphi, & Senogallie, excludentia filias a successione matris propter filios masculos, non excludant eas propter fratres uterinos. Et n. 16.  
Sed infra lata contrarium concluditur, num. 17. cum seqq.  
malu.
3. Et declaratur num. 59. & 60.
4. Statutum excludent feminas propter fratres uterinos.
5. Agnatio non conservatur per fratres uterinos.
6. Statutum excludent feminas favore agnitionis cessat, cetera talis agnatio.
7. Statutum Mondulphi, excludent feminas propter fratres, in-  
telligunt de fratribus utrimque conjunctis tantum.
8. Statuti dispositio cessat, quando qualitates ab eo requisita  
non convenient aliwi casui.
9. Et item si aliquae convenient, sed non omnes. num. 9.  
Declaratur num. 50. & seq.
10. Statutum mandans fratres docari à fratribus, intelligi-  
tur de fratribus utrimque conjunctis.
11. Frater uterinus non tenet fratrem sorem uterinam.

Hondedci Vol. II.

12. Statutum Mondulphi, concedens redditum filiae videtur ad domum paternam, & collatus dotibus, mandans tam ibi ali-  
mentari, non verificatur ut fortuna uterina.  
Declaratur tamen num. 49.
13. Dotatio patrum non debet excludere filiam ab hereditate  
matris favore privigeniarum.
14. Statutum excludent filias dotatas, conditum videtur favo-  
re dotacionis, & non debet retroqueri in odium exclu-  
dendo eis favore fratrum uterini.  
Sed contra num. 74. cum seqq. multo.
15. Statutum mandans dotari filiorum de bono communib[us] in-  
ter ipsos, & masculos excludentes, non verificatur in  
fortuna uterina.  
Declaratur num. 33.
16. Statutum excludent filias propter filios masculos, ab her-  
editate matris, em non excludit propter fratres uterinos.  
Sed contra num. 30.  
Declaratur num. 59. & 60.
17. Filii ex quocumque vita matris, respectu matris est vere  
ac proprie filii, attenta normali causa.
18. Frater uterinus vere ac proprie, venit appellations fratrum,  
& vere ac proprie est frater.
19. Proprietate non esse id, quod est secundum quid, intelligitur  
quoniam adjutorium possunt ad differentiam substantia-  
lem, secus si ad differentiam terminorum.
20. Statuti dispositio quando est clara, inanis est desuper dispu-  
tatio.
21. Verba statuti attendi debent, nec ab illis est recedendum.
22. Verba statuti nihil est addendum, seu detrahendum.
23. Verba statuti nihil est addendum, seu detrahendum.
24. Statuti dispositio pendet à mere voluntate statuentium, id  
est in sic volo, & jubeo, & ubi non exprimitur ratio, non  
debet haberi pro expressa.
25. Matru tantum conjuncti attenduntur, quod ad bona, quod à  
matre ac matru sines proveniunt.
26. Statutum excludent sorores propter fratres, quod verbo  
verificatur etiam in fratre uterino.
27. Statuta excludentia filias ab hereditate matris, & af-  
fendentium, ex ipsis linea propter filios masculos, con-  
siderat ratione provideris soriu[m] masculino, non agnitionis.  
Et num. seq.
28. Femina non habet agnitionem.
29. Decretum serenissimi Ducis Urbini excludent feminas pro-  
pter masculos, favore masculorum conditam fuisse deduc-  
tum.
30. Frater & soror utrimque conjuncti excludunt consanguineum ac uterinum ab hereditate fratris.
31. Statutum excludent feminas propter masculos, intelligimus  
quando sunt in pari gradu, secus si in remitteri.